

*edita citata a Bormanno l. c.), cum iuxta extet titulus T. Haterii Nepotis supra N. 1058, intellexit Borghesi opp. 3 p. 3. — 1) Aetate extrema Traiani, cf. supra N. 1044 not. 2.*

**1339** Ti. Claudio | Ti. fil. Pal. | Secundino | L. Statio Macedon[is] | p. p. leg. III F. f.<sup>1</sup>, trib. coh. | prim. vig., trib. coh. XI | urban., trib. coh. VIII pr., | p. p. iterum<sup>2</sup>, praef. leg. II Tra. [f.], | proc. XX her., proc. provin[c.], | Lugdunens. et Aquitan[icae], | a rationib. Aug.<sup>3</sup>, praef. an[non.], | L. Saufeius Iulianu[s] | amico optim[o].

*Aquileiae (V 867 vidit Mommsen). — 1) Primo pilo legionis quartae Flaviae felicis. — 2) De primo pilo post militias equestres iterum suscepto cf. infra inter titulos militares. — 3) Huc pertinet inscriptio tubi plumbei XIV 2008 a, ex qua intellegitur Claudium Secundinum a rationibus fuisse Antonino Pio.*

**1340** M. Petronio [M. f.] | Quir. Honorat[o] | praef. coh. I Raet[orum], | trib. mil. leg. I Miner[viae] | p. f., praef. alae Aug. p. f. [Thrac.], | proc. monet., proc. XX [hered.], | proc. prov. Belg. et duar. | Germaniar., proc. a ratio[n.], | Aug., praef. annon., praef. | Aegypti, pontif. minor[is], | negotiatiatores ol[eari] | ex Baetica patrono. | Curatoribu[s] | Cassio Faus[to] | Caecilio Ho[norato].

*Romae in monte Aventino (VI 1625 b accurate descr. saec. XVI Ach. Statius). Eiusdem viri est titulus VI 1625 a hoc paullo antiquior, scilicet nondum praefecti annonae.*

**1341** L. Valerio L. f. Quir. Proculo | praef. cohort. III Trachum | Syriacae, trib. milit. legion[is] VII Claudia[e p. f.]<sup>1</sup> . . . . . | praef. classis Alexandrin. | et potamop[h]yl[aci]ae<sup>2</sup>, proc. | Aug. Alpium maritumar., | delectatori Aug. prov. . . . ., [proc.] provinc. ulter.<sup>3</sup> Hispan. | Baetic., proc. provinc. Ca[pp. Pa]l[ag. Gal.]<sup>4</sup>, proc. provinciae | Asiae, proc. provinciarum trium | [Galliar.] . . . . .<sup>5</sup> r. p. | Malacit. patrono | d. d.

*Malacae (II 1970 ad exemplum relatam a Ramberto Veneto saec. XVI, adhibitis paucis quae ex lapide enotavit saec. XVIII exeunte Bayér Hispanus). — 1) Nota fratrem huius Proculi, C. Valerium L. f. Quir. Florinum, praefectum fuisse cohortis secundae Thracum Syriacae, tribunum et ipsum in legione septima Claudia pia fideli (XIV 2957). — 2) POTAMO PYIACIAI Ramb., POTAMOI . . . . ACIAF Bayer; de praefectura potamophylaciae coniuncta cum praefectura classis Alexandrinae praeterea nil traditur; videtur pertinuisse ad stationes in flumine Nilo institutas portitorum exigendorum causa; stationes enim huius generis in Aegypto appellatas esse φυλακᾶς (Strabo 17 p. 813; Agatharchides c. 22, ap. Mueller geogr. Gr. min. p. 122; papyrus Leydensis, ap. Franz C. I. Gr. III p. 297) constat (Henzen syll. n. 6928). — 3) ulteris Ramb. (veteris aliud exemplum); fortasse scr. ulterioris. Ulterior Hispania Baetica dicitur provincia, ut hic, etiam N. 1016, cf. N. 103. — 4) Car[tag. Gal. Ramb. (emendavit Mo.). — 5) Probabile est excidisse mentionem praefectarum annonae et Aegypti, quarum altera Valerium Proculum esse functum a. 144 colligitur ex titulo urbano VI 1002, alteram ei attribuit titulus uxori eius positus II 1974.*

**1342** C. Iunio C. f. Quir. | Flaviano | praefecto annonae, | proc. a rationibus, proc. | provinciarum Lugdunensis | et Aquitanicae, proc. here-